

Nos hic in aliquo discrimine versari videmur. Sene totum jam Pala-
 tinatum Mariaburgensem pestis invasit. Dantisci non modo non
 remittit sed et assurgit malum. Elbinga quoque indies magis magisque
 propullulat. Mariaburgi itidem. Varsavia ex eadem causa Rex
 alio coloniam ad tempus transtulisse dicitur. Nihilominus Con-
 tia Generalia Regni ad 7. Ianuarij proximi indicta sunt: si
 maxime sub die, ut Nostrates in simili casu, vel sub Interce-
 gnium solent, celebrari debeant. Provoquant ad illa, tanquam
 ad Forum in hac causa competens, Orthodoxi in Palatinatu
 Lublinensi, mense Quintili superiore, suasu et instinctu La-
 trim Soc. ad Tribunal Regni, ex termino tacto ut termino Fori
 vocant, peremptorie citati, directo respondere iussi, ac tan-
 dem de facto condemnati, quod inconsulto Illustrissimo Episco-
 po Kraicoviensi, Scholas ac Tempia Orthodoxa erigerent. Ita ergo
 iam et Lublini, ubi haecenus ab ipsa reformatione Orthodoxia
 feliciter florebant, magno piorum more Tempia ac Scholas occlu-
 se sunt. Ita et hic iam strenue Austriamur ac Hispanizamus.
 Et frustra tamen aliquid a Comitibus consolationis speramus. Nec
 n. est, qui vel causam nostram, illis suscipiat, vel in Senatu ipso,
 qui Tribunalis edicto, utroque ultimario sicut vocant, contradice-
 re vel illud iniustitia arguere audeat. Existimamus tamen, mo-
 deratum iri nonnihil a Rege edictum, ne non simul et semel
 in omnibus Austriamur videatur. Ante aliquot septimanas
 amissimus magni nominis Senatorem Orthodoxam Dn. Sandro-
 gili, Comitem ab Astorog, Castellarum N. N., qui solus
 nunc omnium pro Tribunali paula ante obitum stabat et in
 hac causa respondebat.

[Faint, mostly illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

*Wm. M. Mearns
Living in Penna.
Nov. 6. 1629.*

A. P. B.